Quelle: https://manuscripta.at/?ID=9153
Copyright: Melk, Benediktinerstift



lib. oden seu carminum horatij
flacci quintij libri . iij.

Maecenas atauis edite regibus
O et presidium et dulce decus meum
Sunt quos curriculo puluerem olimpicum
Collegisse iuuat metaque feruidis
Evitata rotis palmaque nobilis
Terrarum dominos euehit ad deos;
Hunc simobilium turba quirritium
Certat tergeminis tollere honoribus;
Illum si proprio condidit horreo
Quicquid delibatis uerritur areis
Laudentem parios fundere sarculo
Agros attalicis conditionibus;
Nunquam dimouebis. ut trabe cypria
Myrtoum pauidus nauta secet mare;
Luctantem icarijs fluctibus africum
Mercator metuens otium et oppidi
Laudat rura sui. mox reficit rates
Quassas indocilis pauperiem pati;
Est qui nec ueteris pocula massici
Nec partem solido demere de die
Spernit. nunc uiridi membra subarbuto
Stratus nec ad aquae lene caput sacrae;
Multos castra iuuant et lituo tube
permixtus sonitus bellaque matribus